

dis Apostolicæ judicio, & omnium utilitate comprobatum.

Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutávit illum: * Et de dicit illi claritatem æternam. **Y** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio 7.

UT verò se ad animarum lucrité formáret, subsidium literarum, à Grammatica inter pueros exórsus, adhibere stáruit. Cùm que nihil interim omitteret de studio aliénæ salutis, mirum est, quas ubique locórum ærannas ac lubrica devoráverit, asperrima queque, & vincula, & verbera penè ad mortem usque expetebat: quibus tamen longè plura pro Dómini sui glória semper expetebat. Luctuæ Parisiórum adjunctis sibi ex illa Academia variarum nationum sociis novem, qui omnes Artium magisteriis & Theologie gradibus insignes erant, ibidem in monte Mártirum prima Ordinis fundamenta jecit: quem postea Romæ instituens, ad tria consueva, quarto de Missionibus voto, Sedis Apostolicæ ærcius adstrinxit: & Paulus Tértius primò recepit, confirmavitque: mox alii Pontifices ac Tridentina Synodus probavere. Ipse autem misso ad prædicandum Indis Evangelium Sancto Francisco Xavério, aliisque in alias mundi plagas ad Religionem propagandam disseminatis, ethnica superstitioni, hæresique bellum indixit, eo successu continuatum, ut constans fuerit omnium sensus, etiam Pontificio confirmatus oráculo, Deum sicut alios aliis temporibus sanctos viros, ita Luthéro, ejusdemque temporis hæreticis, Ignatium & institutam ab eo Societatem objicisse.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum. **Y** Induit eum Dóminus lorricam fidei, & ornávit eum. Et ad.

Lectio 6.

Sed in primis inter Cathólicos Templórum nitor, Catechismi traditio, Conciónum ac Sacramentórum frequentia, ab ipso incrementum accepere. Ipse apertis ubique locórum ad juventutem erudiendam in litteris, ac pietate gymnasiis; eréctis Romæ Germanórum Collégio, malè nuptarum, & periclitantium puellarum Cœnobis, utriusque sexus tam Orphanórum, quam Catechumenórum dómibus, aliisque pietatis opéribus, indefessus lucrândis Deo animis instabat: auditus aliquando dicere: Si optio darétur, malle se beatitudinis incertum vivere, & interim Deo inservire & proximórum salutí, quam certum ejósdem glóriæ statim mori. In dæmonum mirum exercuit impérium. Vultum ejus cœlesti luce radiantem Sanctus Philippus Nérius, aliique conspexere. Denique ætatis anno sexagesimo quinto, ad Dómini sui amplexum, cujus majórem glóriam in ore semper habuerat, semper in omnibus quæsierat, emigrávit. Quem Gregórius Décimus Quintus, magnis in Ecclesiám méritis & miraculis illustrem, Sanctórum fastis adscripsit.

R. Iste homo perfécit omnia que locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **Y** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium De-

Designávit Dóminus, ut in Comuni Evangelistarum. xvj.

FESTA AUGUSTI.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. cxxxij.

DIE I. AUGUSTI.

In Festo Sancti Petri ad Vincula.

Duplex.

Ad Vesperas, Añã. Heródes rex, cum reliquis de Laudibus. 502.

Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Communi Apostolorum. j.

Capitulum.

Acto. a.

Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum.

Hymnus.

Miris modis repente liber, fërrea Christo jubente vincla Petrus exiit: Ovis ille Pastor, & Rector gregis, Vita reclúdit páscoa, & fontes sacros, Ovesque servat créditos, arcet lupos.

Patri perenne sit per ævum glória, Tibique laudes concinamus inclytas,

Ætérne Nate, sit supérne Spiritus Honor tibi, decusque sancta jugiter Laudétur omne Trinitas per sæculum. Amen.

Y. Tu es Petrus. **R.** Et super hanc petram ædificabo Ecclesiám meam.

Ad Magnificat, Antiphona. s.

Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum, tibi tradita sunt claves regni cœlorum.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Apostolum, à vinculis absolutum, illesum abire fecisti: nostrórum, quesumus, absolvè vincula peccatórum; & omnia mala à nobis propiatiús excludè. Per Dóminum.

Deiòdè fit Commemor. S. Pauli.

Añã. Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritatis, & Doctor Géntium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elégit. **Y** Tu es vas electiónis, Sancte Paule Apóstole. **R.** Prædicátor veritatis in universo mundo.

Oratio.

Deus, qui multitudinem Géntium beati Pauli Apóstoli prædicatióne docuisti: da nobis quesumus; ut ejus Commemoratióinem colimus, & ejus apud te patrocinia sentiamus.

Et S. Ignatii, Añã. Hic vir despicieci mundum & terréna, triumpfans, divitias cœlo cóndidit ore, manu. **Y** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio.

Deus, qui ad majórem tui Nómínis glóriam propagandam, novo per beatum Ignatium subsidio militántem Ecclesiám roborásti: concede, ut ejus auxilio & imitatione certantes in terris, coronári cum ipso mereámur in cœlis.

Postea SS. Mártirum Machabæorum, Antiphona. Istórum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **Y.** Latámité in Dómino & exultáte justi. **R.** Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Fratérna nos, Dómine, Mártirum tuórum coróna lificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplice nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Apostolorum Dóminum, * Venite, adorémus. Psalm. Vete, exultémus. 2.

Hymnus.

Quodcumque in orbe nexibus
revinxis,
Erit revinctum, Petre, in arce si-
derum;
Et quod solvit hic potestas trá-
dita,

Erit solutum cœli in alto vértice:
In fine mundi iudicabis sæculum.
Patri perenne sit per ævum glória,
Tibique laudes concinamus in-
clatas,

Æternæ Nate, sit superne Spiritus
Honor tibi, decusque: sancta júgiter
Laudetur omne Trinitas per sæcu-
lum. Amen.

Antiphonæ. Psalmi, & VV. No-
cturnorum dicuntur de Communi
Apostolorum. iv.

In primo Nocturno,
De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 12.

Misit Heródes rex manus, ut
affligeret quosdam de Ec-
clésiâ. Occidit autem Jacóbum fra-
trem Joánnis gládio. Videns autem
quia placéret Judæis, appósuit ut
apprehénderet & Petrum. Erant au-
tem dies azymórum. Quem cum ap-
prehendisset, misit in cárcerem, trá-
dens quatuor quaterniónibus mili-
tum custodiéndum, volens post Pas-
cha producere eum pópulo. Et Pe-
trus quidem servabatur in cárcere.
Oratio autem fiebat sine intermis-
sióne ab Ecclésiâ ad Deum pro eo.

¶ Simon Petre, antequam de navi
vocárem te, & super plebem
meam principem te constitui: ¶
Et claves regni cœlorum tradidi tibi.
¶ Quodcumque ligáveris super ter-
ram, erit ligátum & in cœlis: &
quodcumque solvéris super terram,
erit solútum & in cœlis. Et claves.

Lectio ij.

Cum autem productûs esse
esset Heródes, in ipsa nocte
erat Petrus dormiens inter duos mi-

lites, vinctus caténis duâbus: &
custódes ante ostium custodiébant
cárcerem. Et ecce Angelus Dómini
ástetit: & lumen refulsit in habi-
táculo: percussóque látare Petri,
excitávit eum, dicens: Surge veló-
citer. Et ceciderunt caténæ de má-
nibus ejus. Dixit autem Angelus ad
eum: Præcingere, & calcea te cali-
gas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi:
Circúmda tibi vestiméntum tuum,
& séquere me.

¶ Si diligis me, Simon Petre, pasee
oves meas: Dómine, tu nosti quia
amo te. ¶ Et animam meam pono
pro te. ¶ Si oportuerit me mori te-
cum, non te negábo. Et animam.

Lectio iij.

Et exiens sequebatur eum, &
nesciébát quia verum est, quod
fiebat per Angelum: existimábát au-
tem se visum vidére. Transéuntes
autem primam & secundam custó-
diam, venérunt ad portam ferræam,
quæ ducit ad civitatē: quæ ultro
apérta est eis. Et exéuntes processé-
runt vicium unum: & continuó dis-
cessit Angelus ab eo. Et Petrus ad
se reversus, dixit: Nunc scio veré
quia misit Dóminus Angelum suum,
& eripuit me de manu Heródis, &
de omni expectatióne plebis Ju-
dæórum.

¶ Tu es Petrus, & super hanc pe-
tram ædificábo Ecclésiám meam, &
portæ inferi non prævalébunt ad-
versus eam: ¶ Et tibi dabo claves
regni cœlorum. ¶ Quodcumque
ligáveris super terram, erit ligátum
& in cœlis: & quodcumque solvé-
ris super terram, erit solútum & in
cœlis. Et tibi dabo, Glória Patri. Et
tibi dabo.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Theodósio junióre imperánte,
cum Eudócia ejus uxor, Je-
rosólymam solvéndi voti causâ ven-
nis-

nisset, ibi multis est affécta muné-
ribus: præ cœteris insigne donum
accepit ferræa caténæ, auro gem-
misque ornata: quam illam esse af-
firmábant, quâ Petrus Apóstolus
ab Heróde vinctus fuerat. Eudócia
catenam pié veneráta, eam postea
Romam ad filiam Eudóxiám misit,
quæ illam Pontifici Maximo détulit:
isque vicissim illi monstrávit alteram
catenam, quâ Neróne Imperátore
idem Apóstolus constrictus fuerat.

¶ Dómine, si tu es, jube me venire
ad te super aquas. ¶ Et exténdens
manum apprehéndit eum, & dixit
Jesus: Módicæ fidei, quare dubitá-
sti? ¶ Cumque vidisset ventum vá-
lidum veniéntem, timuit: & cum
cœpisset mergi, clamávit, dicens:
Dómine salvum me fac. Et.

Lectio v.

Cum igitur Póntifex Románam
catenam cum ea, quæ Jerosó-
lymis allata fuerat, contulisset; fac-
tum est, ut ille inter se sic connec-
teréntur, ut non duæ, sed una caté-
na ab eódem artifice confécta esse
viderétnr. Quo miraculo tantus ho-
nor sacris illis vinculis haberi cœ-
pit, ut própterea hoc nómine Sanc-
ti Petri ad Vincula Ecclésiâ, titulo
Eudóxiæ, dedicata sit in Exquiliis,
eiusque memoriæ dies festus instrú-
tus Kaléndis Augusti.

¶ Surgé Petre, & indue te vesti-
méntis tuis, accipe fortitudinem ad
salvándas Gentes: ¶ Quia ceciderunt
caténæ de mánibus tuis. ¶ Ange-
lus Dómini ástitit, & lumen refulsit
in habitáculo cárceris, percussóque
látare Petri excitávit eum, dicens:
Surge velóriter. Quia ceciderunt
caténæ.

Lectio vj.

Quo ex témpore bonos, qui eo
die profanis Gentiliùm cele-
britatibus tribui sólitus erat,
Petri vinculis haberi cœpit: quæ

tacta ægros sanábant, & dæmones
ejeiciébant. Quo in genere anno sal-
lútis humanæ nongentésimo sexagé-
simo nono accidit, ut quidam Co-
mes, Othónis Imperátoris familiá-
ris, occupatus ab imminente spiritu,
seipsam dentibus dilaniáret. Quare
is jussu Imperátoris ad Joánnem
Pontificem dicitur: qui, ut sacra
caténa Cómitis collum attigit, ærum-
pens nefarius spiritus, hóminem li-
berum reliquit: ac deinceps in Ur-
be sanctorum Vinculorum religio
propagata est.

¶ Tu es pastor óvium, princeps
Apostolorum, tibi tradidit Deus
omnia regna mundi. ¶ Et ideó tibi
tradite sunt claves regni cœlorum.
¶ Quodcumque ligáveris super ter-
ram, erit ligátum & in cœlis: &
quodcumque solvéris super terram,
erit solútum & in cœlis. Et ideó,
Glória Patri. Et ideó.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum
Matthæum.

Lectio vij. Cap. 16. b.

In illo témpore: Venit Jesus in
portes Cæsariæ Philippi: & in-
terrogábat discipulos suos, dicens:
Quem dicunt hómines esse Filium
hóminis? Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Ex Sermone 29. de Sanctis, in medio.
Solus Petrus inter Apóstolos mé-
ruit audire: Amen dico tibi,
quia tu es Petrus, & super hanc
petram ædificábo Ecclésiám meam.
Dignus certé, qui ædificándus in
domo Dei pópulis lapis esset ad
fundaméntum, columna ad susten-
táculum, clavis ad regnum. De
hoc ait sermo divinus: Et ponébant
infirmos suos, ut umbra saltem
transéuntes Petri obumbráret eos.
Si tunc open ferre póterat umbra
córporis, quém magis nunq. ple-
nitudo virtutis? Si tunc suppli-

cantibus prouideret aura quædam petranseuntis, quanto magis gratia nunc permanentis? Merito per omnes Christi Ecclesias auro pretiosus habetur ferrum illud penallium vinculorum.

R. Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: * Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.
V. Caro & sanguis non reuelavit tibi, sed Pater meus qui est in cælis, Et.

Lectio viii.

S. I tam medicabilis fuit obumbratio visitantis, quanto magis cætera vincientis? Si inanis quædam species vacuæ imaginis habere potuit in se vim salutis, quanto plus de corpore meruerunt atrahere salubritatis ferreo pondere sacris impressa membris vincula passionis? Si ad præsidia supplicantium tam potens fuit ante martyrium, quanto magis efficax post triumphum? Felices illi nexi, qui de manicis, & compedibus in coronam mutandi, Apostolum contingentes Martyrem reddiderunt. Felicia vincula, quæ reum suum usque ad Christi crucem non tam condemnaturâ, quam consecratûra miserunt.

R. Quem dicunt homines esse Filium hominis? dixit Jesus discipulis suis. Respondens Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. * Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. **V.** Beatus es Simon Bar-Jóna, quia caro & sanguis non reuelavit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. Et ego. Glória Patri. Et ego.

Pro Sanctis Machabæis, nisi veniant in Dominica.

Lectio ix.

Sermo Sancti Gregorii Nazianzeni. *Oratione 20. in Machabæos.*
Q. Vidnam Machabæi? Horum enim nomine dies festus præsentis frequentia celebratur.

Qui etsi apud multos non sunt in honore, quod illud certamen post Christum non susceperunt: tamen digni sunt, qui ab omnibus honorentur, quia pro patris legibus & institutis fortes constantisque se præbuerunt. Nam qui martyrium subiere ante Christi passionem, quid facturi erant, si post Christum persecutionem passi fuissent, ejusque mortem nostræ salutis causâ susceptam, ad imitandum propositam habuissent? Quorum enim nullo proposito exempli talis tantaque virtus fuit, an non ii exemplum illud intuentes, fortius in certamen descendissent? Quin etiam mystica quædam & occulta ratio mihi quidem, atque omnibus Dei amatoribus valde probabilis est, neminem eorum, qui ante Christi aduentum martyrio consummati sunt, id sine fide in Christum consequi potuisse.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

H. erodes rex apposuit ut apprehenderet & Petrum: quem cum apprehendisset, misit in carcerem, volens post Pascha producere eum populo. *Psalmus.* Dominus regnavit, cum reliquis. 13. *Añs.* Petrus quidem servabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. *Añs.* Dixit Angelus ad Petrum: Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me. *Añs.* Misit Dominus Angelum suum, & liberavit me de manu Herodis, alleluia. *Añs.* Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Capitulum.

Añor. 12.

M. isit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut

ut apprehenderet & Petrum. *Hymnus.*

B. eate Pastor Petre, clemens accipe Voces precantium, criminumque vincula

Verbo resolve, cui potestas tradita, Aperite terris cælum, apertum claudere.

Sit Trinitati sempiterna gloria, Honor, potestas, atque jubilatio, In unitate, quæ gubernat omnia, Per uniuersa æternitatis secula. Amen.

V. Tu es Petrus. **R.** Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Ad Benedictus, Antiphona.*

Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis: dicit Dominus Simoni Petro.

Oratio.

D. eus, qui beatum Petrum Apostolum, à vinculis absolutum, illasum abire fecisti: nostrorum, quæsumus, absolve vincula peccatorum; & omnia mala à nobis propitiatus excludere. Per Dominum.

Et fit Commemoratio s. Pauli. *Añs.* Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, & Doctor Gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. **V.** Tu es vas electionis, Sancte Paule Apostole. **R.** Prædicator veritatis in universo mundo.

Oratio.

D. eus, qui multitudinem Gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quæsumus; ut cujus Commemorationem colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus.

Et Sanctorum Machabæorum. *Añs.* Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos. **V.** Exultabunt Sancti in gloria.

R. Latrabuntur in cubilibus suis. *Oratio.*

F. raterna nos, Domine, Martyrum tuorum corona latificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplices nos suffragio consoletur. Per Dominum. *Ad Tertiam, Antiphona.* Petrus quidem. *Capitulum.* Misit Herodes, ut supra. 502.

R. breue. In omnem terram. **V.** Extitit sonus eorum. In omnem terram, **V.** Et in fines orbis terræ verba eorum. Exiuit sonus. Glória Patri. In omnem. **V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Memores erunt nominis tui Domine. *Ad Sextam, Antiphona.*

Dixit Angelus.

Capitulum. *Añor. 12.*

P. etrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

R. breue. Constitues eos principes. **V.** Super omnem terram. Constitues. **V.** Memores erunt nominis tui Domine. Super. Glória Patri. Constitues. **V.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eorum.

Ad Nonam, Antiphona.

Tu es Petrus.

Capitulum. *Añor. 12. b.*

E. T Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum.

R. breue. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis. **V.** Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Glória Patri. Nimis. **V.** Annuntiaverunt opera Dei.

R. Et facta ejus intellexerunt. *Ad Vesperas, Antiphona.* Herodes rex, cum reliquis de Laudibus. 502. *Psalmi ut in ij. Vespere*

de Comuni Apostolorum. xi.
Capitulum, Hymnus, & V. ut in
primis Vesperis.

Ad Magnificat. 459. Antiphona.

Solve jubente Deo terrarum Petre
catenas, qui facis ut pateant celestia
regna beatis. Oratio. Deus, qui
beatum Petrum, ut sup. 503.

Deinde fit Commemoratio Sancti
Pauli, ut supra.

Et postea S. Stephani Papae.

DIE II. AUGUSTI.
Sancti Stephani Papae & Martyris.

Añs. Iste sanctus pro lege Dei sui
certavit usque ad mortem, & à ver-
bis impiòrum non timuit: fundatus
enim erat supra firmam petram.

V. Glòria & honore coronasti eum
Dòmine. R. Et constituisti eum su-
per òpera manuum tuarum.

Oratio.

DEus, qui nos beati Stephani
Martyris tui atque Pontificis
annuà solemnitate lætificas: concè-
de propitius; ut cujus natalitia còl-
mus, de ejusdem etiam protectione
gaudeamus. Per Dòminum.

Lectio ij.

Stephanus Romànus Pontificat-
um gessit Valeriano & Gal-
lieno Imperatoribus. Instituit ut
Sacerdotes & Diaconi nusquam sa-
ceris vestibus, nisi in Ecclesia uter-
entur. Baptizatos ab hereticis ite-
rum baptizari vetuit, rescribens
Sancto Cypriano verbis illis: Nihil
innovetur, nisi quod traditum est.
Multos etiam ad Christum conver-
tit: in iis Olympium tribunum
cum uxore Exuperia, & filio Theo-
dulo, item Nemesium tribunum
cum tota familia, oculis Lucille
ejus filiae restituit: qui omnes Jesu
Christi martyres fuerunt. Sed vehe-
mentius jam ingravescente persecu-
tione Imperatorum, Stephanus, con-
vocato Clero, ad martyrium suos
hortabatur, in cryptisque Marty-

rum assidue Missas, & Concilia
celebrabat.

Lectio iij.

Qui cum aliquando raptus esset
ab infidelibus ad templum Mar-
tis, ut ei sacrificaret, liberè
negavit, se diemonibus vel hono-
rem velle tribuere, qui uni Deo de-
beretur. Quibus in verbis Martis
statua terramotu concidit, tem-
plumque contrivit, Quare omni-
bus a fugientibus, qui Stephanum
tenebant, Pontifex ad suos revertitur
in còmetèrium Lucinae: quos di-
vinis præceptis instruens, sacramen-
to Corporis Christi communicavit
ibique dum Missarum solennia per-
ficit, adventibus iterum Impera-
torum satellitibus, ei in sua sede
caput absconditur. Corpus cum eadem
sede conspersa Martyris sangui-
ne, a clericis sepultum est in cò-
metèrio Callisti, quarto Nonas Au-
gusti. Vixit in Pontificatu annos
tres, menses tres, dies vigintiòs.
Habit Ordinationes duas mense
Decembri, quibus creavit Presby-
teros sex, Diaconos quinque, Epis-
copos tres.

Te Deum laudamus. 12.

DIE III. AUGUSTI.

In Inventione S. Stephani Proto-
martyris. Semiduplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Lapi-
daverunt Stephanum, cum reliquiis
de Laudibus. 507. Psalmus. Dixit

Dòminus, cum reliquis de Commu-
ni Apostolorum. j.

Capitulum. j. Act. 6. b

Stephanus autem plenus gratia,
& fortitudine faciebat prodigia,
& signa magna in populo.
Hymnus.

DEus tuorum militum
Sors, & corona, præmium,
Laudet canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic

Hic nempe mundi gaudia,
Et blanda fraudum pabula
Imbota felle deputans,
Perventit ad coelestia.

Poenas cucurrit fortiter,
Et sustulit vitiliter,
Fundensque pro te sanguinem,
Æterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplicii
Te poscimus piissime;
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

Laus, & perennis gloria
Patri sit, atque Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sacula. Amen.

V. Glòria & honore coronasti eum
Dòmine. R. Et constituisti eum su-
per òpera manuum tuarum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Stephanus autem plenus gratia, &
fortitudine faciebat signa magna in
populo.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dòmine,
imitari quod còlimus, ut disc-
camus & inimicos diligere: quia
ejus Inventionem celebramus, qui
novit etiam pro persecutoribus ex-
rare Dòminum nostrum Jesum
Christum Filium tuum: Qui tecum
vivit & regnat.

Ad Matutinum, Invitator. Hym-
nus, Añs. Psalmi, & V. Noctur-
norum de Comuni unius marty-
ris. xvij.

In primo Nocturno.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 7. f. 38.

Durà cervice, & incircumci-
sis còrdibus, & auribus,
vos semper Spiritui sancto resis-
titis, sicut patres vestri, ita & vos.
Quem Prophetarum non sunt per-
secuti patres vestri? Et occiderunt
eos, qui prænantabant de adventu
justi, cujus vos nunc proditores,
& homicidæ fuistis: qui accepistis

legem in dispositione Angelorum,
& non custodistis. Audientes autem
hæc dissecabantur còrdibus suis, &
stridebant dentibus in eum.

R. Stephanus autem plenus gratia,
& fortitudine. Faciebat prodigia
& signa magna in populo. V. Sur-
rexerunt quidam de synagoga dis-
putantes cum Stephano: & non pô-
terant resistere sapientia, & spiri-
tui, qui loquebatur. Faciebat.

Lectio ij.

Cum autem esset plenus Spiritu
sancto, intendens in cœlum,
vidit gloriam Dei. & Jesum stan-
tem à dextris Dei. Et ait: Ecce van-
deo cœlos apertos, & Filium hó-
minis stantem à dextris Dei. Excla-
mantes autem voce magna, conti-
nuerunt aures suas, & impetum fe-
cerunt unanimiter in eum. Et eji-
cientes eum extra civitatem lapida-
bant: & testes deposuerunt vesti-
menta sua secus pedes adolescentis,
qui vocabatur Saulus. Et lapida-
bant Stephanum invocantem, & di-
centem: Dòmine Jesu suscipe spiri-
tum meum.

R. Vidébant omnes Stephanum, qui
erant in concilio: Et intuebantur
vultum ejus tamquam vultum An-
geli stantis inter illos. V. Plenus
gratia, & fortitudine faciebat pro-
digia, & signa magna in populo. Et.

Lectio iij.

Positis autem genibus, clamavit
voce magna, dicens: Dòmine,
ne statuas illis hoc peccatum. Et cum
hoc dixisset, obdormivit in Domi-
no. Saulus autem erat consentiens
neqi ejus. Facta est autem in illa
die persecutio magna in Ecclesia,
quæ erat Jerosolymis, & omnes
dispersi sunt per regiones Judææ,
& Samariæ præter Apóstolos. Cu-
raverunt autem Stephanum viri ti-
morati, & fecerunt planetum mag-
num super eum.

R.

R. Intuens in cœlum beatus Stephanus, vidit gloriam Dei, & ait: **Ecce** video cœlos apertos, & Filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. **Y.** Cùm autem esset Stephanus plenus Spiritu sancto, intēdens in cœlum, vidit gloriam Dei, & ait. Ecce video, Glória Patri. Ecce video.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Sanctorum corpora Stephani, Protomartyris, Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis, quæ diu in obscuro ac sordido loco jacuerant, Honorio Imperatore, Luciano Presbytero divinitus admonito, inventa sunt propè Jerosolymam. Cui Gamaliel cùm in somnis apparuisset, gravi quadam & præclara senis specie, locum jacentium corporum commonstravit, imperans, ut Joannem Jerosolymitanum. Antistitem adiret, agerēque cum eo, ut honestius illa corpora sepelirentur.

R. Lapidabant Stephanum invocantem & dicentem: **D**omine Jesu Christe, accipe spiritum meum, & ne status illis hoc peccatum. **Y.** Positis autem genibus clamavit voce magna, dicens. Domine.

Lectio v.

Quibus auditis Jerosolymorum Antistes, finitimarum urbium Episcopis Presbyterisque convocatis, ad locum pergit: defossos loculos invenit, undè suavissimus odor efflabatur. Cujus rei famam commota magna hominum multitudo eò convenit, multique ex variis morbis ægròti ac debiles, sani & integri domum redierunt. Sacrum autem Sancti Stephani corpus, quod summè tunc celebritate in sanctam Ecclesiam Sion illatum est, sub Theodosio juniore Constantinopolim, indè Romam Pelagio Primo

Summo Pontifice translatum, in agro Verano in sepulchro Sancti Laurentii Martyris collocatum est.

R. Impetum fecerunt unanimiter in eum, & ejecerunt eum extra civitatem, invocantem & dicentem: **D**omine Jesu accipe spiritum meum. **Y.** Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus: & lapidabant Stephanum invocantem & dicentem. Domine Jesu.

Ex libro Sancti Augustini Episcopi de Civitate Dei.

Lib. 22. cap. 8. circa medium.

Lectio vj.

Ad aquas Tibiltanas Episcopo afferente Projecto reliquias Martyris gloriosissimi Stephani, ad ejus memoriam veniebat magna multitudinis concursus & occursus. Ibi cæca mulier, ut ad Episcopum portantem pignora sacra duceretur, oravit: flores, quos ferēbat, dedit: recepit, oculis admovit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducem ulterius non requirens. Memorati memoriam Martyris, quæ posita est in castello Synicensi, quod Hipponensi colonie vicinum est, ejusdem loci Lucillus Episcopus, populo præcedente atque sequente, portabat: fistula, cujus molestia jam diu laboraverat, & familiarissimi sui medicus, qui eam secare, operiebatur manus, illius piæ sarcinæ vectatione, repente sanata est.

R. Impii super justum jacturam fecerunt, ut eum morti traderent: **A**t ille gaudens suscepit lapides, ut mereretur accipere coronam gloriæ, **Y.** Continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum. At ille. Glória Patri. At ille.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 23. d

In illo tempore: Dicebat Jesus Scribis & Phariseis: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas: & ex illis occidētis, & crucifigētis. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 4. in Comment. in cap. 23. Matth.

Hoc quod antea dixeramus: Implete mensuram patrum vestrorum, ad personam Domini pertinere, eo quod occidendus esset ab eis, potest & ad discipulos ejus referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas. Simulque observanda, juxta Apostolum scribentem ad Corinthios, varia esse dona discipulorum Christi: alios Prophetas, qui ventura prædicent: alios sapientes, qui novērunt quando debeant proferre sermonem: alios Scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati in Actibus Apostolorum discipuli.

R. Stephanus servus Dei, quem lapidabant Judæi, vidit cœlos apertos: vidit & introivit: **B**eatus homo, cui cœli patēbant. **Y.** Cum igitur saxorum crepitantium turbine quateretur, inter æthereos aule cœlestis sinus divina ei claritas fulsit. Beatus homo.

Lectio viij.

Quærimus, quis iste sit Zacharias filius Barachie: quia multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueretur erroris facultas, additum est: Quem occidistis inter templum & altare. In diversis diversa legi: & debeo singulorum opiniones ponere. Alii Zachariam filium Barachie dicunt, qui in

duodecim Prophetis undecimus est: patrisque in eo nomen consēnit; sed ubi occisus sit inter templum & altare, Scriptura non loquitur: maxime cùm temporibus ejus vix ruinae templi fuerint. Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris prædicaverit adventum.

R. Patefactæ sunt januæ cœli Christi Martyri beato Stephano, qui in numero Martyrum inventus est primus: **E**t idcō triumphat in cœlis coronatus. **Y.** Mortem enim, quam Salvator noster dignatus est pro nobis pati, hanc ille primus reddidit Salvatori. Et. Glória Patri. Et.

Lectio vj.

Alii istum volunt esse Zachariam, qui occisus est a Joas rege Judæ inter templum & altare, sicut Regum narrat historia. Sed observandum, quod ille Zacharias non sit filius Barachie, sed filius Joiadæ sacerdotis: undè & Scriptura refert: Non fuit recordatus Joas patris ejus Joiadæ, quia sibi fecisset bona. Cùm ergo & Zachariam teneamus, & occisionis consēntiat locus: quærimus, quare Barachie dicatur filius, & non Joiadæ? Barachia lingua nostrâ Benedictus Domini dicitur, & sacerdotis Joiadæ justitia Hebræo nōmine demonstratur. In Evangelio, quo utuntur Nazarenî, pro filio Barachie, filium Joiadæ reperimus scriptum.

Te Deum laudamus. 12.

A D L A U D E S,

& per Horas, Antiphona.

Lapidaverunt Stephanum, & ipse invocabat Dominum, dicens: Ne status illis hoc peccatum. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 13. **Antiphona.** La-

pides torrētis illi dulces fuerunt: ipsum sequuntur omnes animae iustae. **Añs.** Adhæsit anima mea pro te, quia caro mea lapidata est pro te, Deus meus. **Añs.** Stéphanus vidit cœlos apertos, vidit & introiit: beatus homo, cui cœli patébantur. **Añs.** Ecce video cœlos apertos, & Jesum stantem à dextris virtutis Dei.

Capitulum. *At. 6. b*
Stéphanus autem plenus grátia, & fortitudine faciébant prodigia, & signa magna in populo.

Hymnus.

Invicte Martyr, unicum Patris secutus Filium, Victis triumphas hostibus, Victor fruens cœlestibus.

Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vita repellens tedium.

Soluta sunt jam vincula
Tui sacrati corporis:
Nos solve vinculis seculi
Dono superni Numinis.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

¶ Sepeliérunt Stéphanum viri timorati. ¶ Et fecerunt planctum magnum super eum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Stéphanus autem plenus grátia, & fortitudine faciébant signa magna in populo.

Oratio.

DA nobis, quesumus Dómine, imitari quod colimus, ut discamus & inimicos diligere: quia ejus Inventionem celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat.

Ad Tertiam, Antiphona. Lápides torrētis. **Capitulum.** Stéphanus autem, ut supra, 511.

¶ **br.** Glória & honore • Coronasti eum Dómine. Glória & honore. ¶ Et constituisti eum super ópera manuum tuarum. Coronasti Glória Patri. Glória & honore. ¶ Posuisti Dómine super caput ejus. ¶ Coronam de lapide pretioso.

Ad Sextam, Antiphona.
Adhæsit anima mea.

Capitulum. *At. 6. c*
Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stéphano: & non poterant resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur.

¶ **br.** Posuisti Dómine • Super caput ejus. Posuisti. ¶ Coronam de lapide pretioso. Super. Glória Patri. Posuisti. ¶ Magna est gloria ejus in salutari tuo. ¶ Glóriam & magnum decorem impones super eum.

Ad Nonam, Antiphona.
Ecce video.

Capitulum. *At. 7. g*
Positis autem génibus, clamávit voce magna, dicens: Dómine ne státuas illis hoc peccátum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Dómino.

¶ **br. breve.** Magna est glória ejus • In salutari tuo. Magna. ¶ Glóriam & magnum decorem impones super eum. In salutari. Glória Patri. Magna est. ¶ Justus, ut palma florébit. ¶ Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Vesperæ dicuntur de S. Dominico cum Commemoratione S. Stephani, nisi contingat Festum S. Stephani transferri: tunc enim in ii. Vesp. dicitur **Añs.** Lapidaverunt Stéphanum,

num, eum reliquis de Laudib. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, 94. & loco ultimi, Psalm. Crédidi, 96. & à Capit. fit de sequenti festo, si Semiduplex fuerit, cum Commem. S. Stephani, ut infra.

DIE IV. AUGUSTI.

In Festo S. Dominici Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, IV. præter ea, quæ sequuntur.

In Hymno Vesperarum dicatur: Hac die letus méruit suprémos Laudis honores.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiám tuam beati Dominici Confessoris tui illuminare dignatus es méritis & doctrinis: concede, ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, & spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commem. S. Stephani. **Añs.** Sepeliérunt Stéphanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. ¶ Stéphanus vidit cœlos apertos. ¶ Vidit & introiit: beatus homo, cui cœli patébant. **Oratio.** Da nobis, quesumus, ut supra.

In primo Nocturno Lectioes de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Dominicus, Calarógia in Hispania ex nobili Gusmanoꝝ familia natus, Palentiæ liberalibus disciplinis & Theologiæ óperam dedit: quo in studio cum plurimum profecisset, prius Oxoniensis Ecclesiæ Canonicus Reguláris, deinde Ordinis Fratrum Prædicatorum auctor fuit. Hujus mater gravida sibi visa est in quiete continere in alio cáculo ore præfe-

réntem faciem, quæ éditus in lucem, orbem terrarum incenderet. Quo somnio significabatur, fore ut splendore sanctitatis ac doctrinæ, gentes ad Christianam pietatem inflammarentur. Veritatem éxitus comprobavit: id enim & præstitit per se, & per sui Ordinis sócios deinceps est consecutus.

¶ Honestum fecit illum Dóminus: & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum, • Et dedit illi claritatem æternam. ¶ Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Hujus autem ingenium ac virtus máximè énuit in evertendis hæreticis, qui perniciosis erroribus Tolosates pervertebat. Quo in negotio septem contempsit annos. Postea Romam venit ad Lateranensem Concilium cum Episcopo Tolosano, ut Ordo, quem instituerat, ab Innocentio Tertio confirmaretur. Quæ res dum in deliberatione versatur, Dominicus hortatu Pontificis ad suos revertitur, ut sibi régulam deligeret. Romam rédiens, ab Honorio Tertio, qui proximus Innocentio successerat, confirmationem Ordinis Prædicatorum impetrat. Romæ autem duo instituit Monasteria, alterum virorum, mulierum alterum. Tres etiam mortuos ad vitam revocavit, multa alia édidit miracula, quibus Ordo Prædicatorum mirifice propagari cepit.

¶ Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, • Et ad portas paradisi coronávit eum. ¶ Induit eum Dóminus loriceam fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

Verum cum ejus ópera ubique terrarum Monasteria jam ædi-

ficarētur, innumerabilisque homines religiosam ac piam vitam instituerent, Bononia anno Christi ducentesimo vigesimo primo supra millesimum, in februm incidit: ex qua, cum se moriturum intelligeret, convocatis Fratribus & alumnis sue disciplinae, eos ad innocentiam & integritatem cohortatus est. Postremam charitatem, humilitatem, paupertatem, tamquam certum patrimonium eis testamentum reliquit: Fratribusque orantibus, in illis verbis Subvenite Sancti Dei, occurrunt Angeli, obdormivit in Domino, octavo Idus Augusti: quem postea Gregorius Nonus Pontifex reulit in Sanctorum numerum.

R. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrede in requiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Sint lumbi vestri praecincti, **de Communi Confessoris non Pontificis.** lxj.

DIE V. AUGUSTI.

In Festo S. Mariae ad Nives, Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum esset Rex, cum reliquis Antiphonis, & Psalmis, ut in Officio parvo beatae Mariae cxvj. Capitulum. Ab initio. Hymnus. Ave maris stella. **V.** Dignare me laudare te, Virgo sacrata. **R.** Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sancta Maria succurre miseris, iuva pusillanimes, refove debiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femine sexu: sentiant omnes tuum juvamen, qui-

cumque celebrant tuam sanctam festivitatem.

Oratio.

Concēde nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetuae mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatae Mariae semper virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, & aeterna perfrui laetitia. Per Dominum.

Deinde fit Commemoratio Sancti Domini, Anaphona. Hic vir despiciens mundum & terrēna, triumphans, divitias caelo condidit ore, manu. **V.** Iustum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei. Oratio. Deus, qui Ecclesiam tuam, ut supra. 514.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Sancta Maria Dei Genitrix Virgo, **R.** Intercede pro nobis, Psalm. Venite, exultemus. i. Hymnus. Quem terra. Antiphona & Psalmi Nocturnorum, ut in Officio parvo B. Mariae. cxix.

In primo Nocturno.

V. Specie tua & pulchritudine tua. **R.** Intende, prosperē procede, & regna.

De Parabolis Salomōnis.

LECTIO I.

Cap. 8. b. & g.

Ego sapientia habito in consilio, & eruditus intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilique detestor. Meum est consilium, & aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iuxta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: & qui manē vigilant ad me, invenient me.

R. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio: Quia quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti **V.**

V. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia.

LECTIO II.

Mecum sunt divitiae, & gloria, opes superbae, & iustitia, melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & gemina mea argēto electo. In viis iustitiae ambulabo, in medio semitarum iudicii, ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Non dum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar.

R. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, quia cum essem parvula, placui Altissimo: **R.** Et de meis viscēribus genui Deum & hominem. **V.** Beatum me dicent omnes generationes, quia ancillam humiliter respexit Deus. Et de meis.

LECTIO III.

Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem a Domino: qui autem in me peccaverit, laedet animam suam. Omnes, qui me odērunt, diligunt mortem. Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad moenia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.

R. Beata es Virgo Maria, quae Dominum portasti Creatorem mundi: **R.** Genuisti qui te fecit, & in aetern-

num permanes virgo. **V.** Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. Genuisti. Gloria Patri. Genuisti.

In secundo Nocturno.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

LECTIO IV.

Liberio Summo Pontifice, Joannes Patricius Romanus, & uxor pari nobilitate, cum liberos non suscepissent, quos bonorum heredes relinquerent, suam hereditatem sanctissimae Virginis Dei Matri voverunt, ab ea summi precibus assidue petentes, ut in quod pium opus eam pecuniam potissimum erogari vellet, aliquo modo significaret. Quorum preces & vota ex animo facta, beata Virgo Maria benigne audiens, miraculo comprobavit.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cyprēssus in monte Sion: quasi myrrha electa. **R.** Dedi suavitatem odoris. **V.** Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi suavitatem.

LECTIO V.

Nonis igitur Augusti, quo tempore in Urbe maximi calores esse solent, noctu nix partem colli Exquillini contexit. Quae nocte Dei mater separatim Joannem & conjugem in somnis admonuit, ut quem locum nive conspersum viderent, in eo Ecclesiam aedificarent quae Mariae Virginis nomine dedicaretur: se enim ita velle ab ipsis haerēdem institui. Quod Joannes ad Liberium Pontificem detulit, qui idem pro somnium sibi contigisset affirmavit.

R. Quae est ista, quae processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? **V.** Viderunt eam filiae Sion, & beatam dixerunt, & reginae laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies ver-

nicircumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Vidérunt.

Lectio vi.

Quare solémi sacerdotum, & pópuli supplicatióne ad collem venit nive cooperum, & in eo locum Ecclesiæ designávit, quæ Joannis & uxóris pecuniá extructa est, póstea à Xysto Tértio restituta. Váris nominibus primùm est appellata; Basilica Libérí, Sancta Maria ad præsepe. Sed cum multæ jam essent in Urbe Ecclesiæ sub nómine Sanctæ Mariæ Virginis: ut quæ Basilica novitate miraculæ ac dignitate cæteris ejusdem nominis basilicis præstaret, vocabulí etiám excellentiá significarétur, Ecclesiá Sanctæ Mariæ Majoris dicta est. Cujus dedicatiónis memoria ex nive, quæ hac die mirabiliter cecidit, anniversariá celebratè cõlitur.

R. Ornátam monilibus filiam Jerusalem Dóminus concupivit. • Et vidéntes eam filie Sion, beatissimam prædicaverunt, dicéntes: * Unguentum effusum nomen tuum. **y.** Assitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et. Glória Patri. Unguentum.

In tertio Nocturno.

y. Elégit eam Deus, & prælégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii.

Cap. 11. d

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quadam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 49. in Luc. 11.

Magnæ devotiõnis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis & Pharisæis Dóminum

tentantibus, simul & blasphemantibus, tantæ ejus incarnationem præ omnibus sinceritatè cognoscit, tantæ fiducia confitetur; ut & presentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam. Nam sicut tunc Judæi, sancti Spiritus ópera blasphemando, verum consubstantialémque Patri Dei Filium negabant: sic hæretici póstea negando, Mariam semper virginem, sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris Unigénito Dei, carnis suæ materiám ministrasse, verum consubstantialémque patri filium hómínis fatéri non debere dixerunt.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: • Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. **y.** Ora pro pópulo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam festivitatem. Quia ex te. **Benedictio.** Cujus festum colimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viii.

Sed si caro Verbi Dei secundum carnem nascéntis à carne Virginis matris pronuntiatur extranea, sine causa venter qui eam portasset, líbera quæ lactasset, beatificántur. Dicit autem Apóstolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiéndi sunt qui legéndum putant: Natum ex muliere, factum sub lege; sed, factum ex muliere: quia conceptus est útero virgináli, carnem non de nihilo, non alióndè, sed materná traxit ex carne; alióquina nec verè Filius hómínis crederetur, qui originem non haberet ex hómine. Et nos igitur his contra Eutychem dictis, extollamus vocem cum

cum Ecclesiá Cathólica, cujus hæc mulier typum gessit, extollamus & mentem de medio turbárum, dicamisque Salvatóri: Beatus venter, qui te portavit, & úbera, quæ suxisti. Verè enim beata parens, quæ, sicut quidam ait, enixa est puerpera Regem, qui cõelum terrámque tenet per sæcula.

R. Beátam me dicent omnes generatiões: Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **y.** Et misericórdia ejus à progénie in progénies tímentibus eum. Quia fecit. Glória Patri. Quia fecit.

Lectio ix.

Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt. Pulchrè Salvátor attestatióni mulieris annuit, non eam tantummodo quæ Verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui idem Verbum spiritaliter auditu fidei concipere, & boni óperis custodiá vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi álere studerint, asseverans esse beatos: quia & eadem Dei Génitrix, & inde quidem beata, quæ Verbi incarnándi ministra facta est temporalis: sed inde multò beatiór, quia ejusdem semper amándi custos manébat æterná.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatís. Psalm. Dóminus regnavit, eum reliquis. cxvii. **Asa. Læva** ejus sub cápite meo, & dextera illius amplexabitur me. **Antiphona.** Nigra sum, sed formósa, filie Jerusalem: ideó diléxit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Antiphona. Jam hiems tránsiit, imber ábit & recessit: surge amica

Para Estiva,

mea, & veni. **Antiphona.** Speciosa facta es & suavis in deliciis tuis, Sancta Dei Génitrix.

Capitulum. *Eccli. 24. b*

AB initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministravi. **Hymnus.**

O Gloriosa Virginum, Sublimis inter sædula, Qui te creavit, párvulum Lactente nutris úbere. Quod Heva tristis abstulit Tu reddis almo gérmine: Intrent ut astra flébiles, Cœli recludis cárdenes.

Tu Regis alti jánuæ,

Et aula lucis fulgida:

Vitam datam per Virginem

Gentes redemptæ plaudite.

Jesu, tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, & almo Spiritu

In sempiterna sæcula. Amen.

y. Diffusa est grátia in lábiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Beata es María, quæ credidisti: perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Dómino, alleluia.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpetuá mentis & corpóris sanitatè gaudere: & gloriosá beate Mariæ semper virginis intercessiõe, a presentí liberári tristitia, & æterná perfrui lætitiá. Per Dóminum.

Ad Primam in R. brevi dicitur

y. Qui natus es de Mariá Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Læva

ejus, **Capitulum.** Ab initio, *ut supra*

R. brevis Spécie tua

Et pulchri.

tudine tua. Spécie tua.

Iménde, prospere procéde, & regna. Et pul-

Kk

chri-

chritódine. Glória Patri. Spécie tua. **Y.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Nigra sum.

Capitulum. Eclii 24. b

Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sacrificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

R. br. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Adjuvabit. **Y.** Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvabit. **Y.** Elégit eam Deus, & praelégit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Speciosa.

Capitulum. Eclii 24. b

In plateis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

R. br. Elégit eam Deus, & praelégit eam. Elégit. **Y.** In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praelégit. Glória Patri. Elégit. **Y.** Diffusa est grátia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

Vesperæ de Transfiguratione, cum Commem. præcedent. ac SS. Mart.
Sed si conrigerit ob aliquam causam dicitur, **Vesp. Festi B. M. V. intergras,** tunc omnia sumuntur ex **primis Vesp. supra;** sed **Ant. ad Magnificat,** Beatam me dicent. **at infra.**
DIE VI. AUGUSTI.

In Festo Transfigurationis Domini nostri Jesu Christi.

Duplex.

Ad Vesperas, Ant. Assumpsit Jesus, cum reliquis de Laudi-

bus. 529. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Communi Apostolorum. J.

Capitulum.

Philip. 3. d

Salvátorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

Hymnus.

Quicumque Christum queritis, Oculos in altum tollite: Illic liebit visere

Signum perennis glóriæ.

Illustre quidam cernimus, Quod nesciat finem pati, Sublime, celsum, interminum, Antiquius cælo & chao. Hic ille Rex est Gentium, Populique Rex Judæici, Promissus Abrahæ patri, Ejusque in ævum semini. Hunc & Prophætas téstibus,

Isdémque signatõribus,

Testatõr & Pater jubet Audire nos & credere.

Jesu, tibi sit glória, Qui te revelas parvulis, Cum Patre, & almo Spiritu, In sempiterna sacula. Amen.

Sic terminantur Hymni per omnes Horas.

Y. Gloriosus apparuit in conspectu Domini. **R.** Propterea decorem induit te Dominus.

Ad Magnificat, Antiphona.

Christus Jesus splendor Patris, & figura substantiæ ejus, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, in monte excelso gloriosus apparere hodie dignatus est.

Oratio.

Deus, qui fidei sacramenta, in Unigeniti tui gloriosa Transfiguratione, patrum testimonio roborasti, & adoptionem filiorum perfectam, voce delapsa in-

ni-

nube lucida, mirabiliter præsignasti: concede propitius; ut ipsius Regis glóriæ nos coheredes efficias, & ejusdem glóriæ tribuas esse consortes. Per eundem Dominum nostrum.

Pro Commemoratione S. Mariæ ad Nives, Antiphona. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. **Y.** Dignare me laudare te, Virgo sacrata. **R.** Da mihi virtutem contra hostes tuos. **Oratio.** Concede nos famulos. 513.

Deinde fit Commem. SS. Xysti, Felicissimi, & Agapiti Martyrum, Antiphona. Istorum est enim regnum cælorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **Y.** Letamini in Domino & exultate justi. **R.** Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Deus, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum Xysti, Felicissimi & Agapiti, natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Summum Regem glóriæ, Christus adoremus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1. **Hymnus.** Quicumque, at supra in Vesperis. 514.

In primo Nocturno, Antiphona. Paulo minus ab Angelis minoratus, glória & honore coronatus est, & constitutus super opera manuum Dei.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos.

Ex ore infantium & lactentium perfricisti laudem propter inimicos tuos.

ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam video cælos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, que tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, glória & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecti sub pedibus ejus, * oves & boves universas: in super & pæcora campi.

Volutres cæli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiphona. Paulo minus ab Angelis minoratus, glória & honore coronatus est, & constitutus super opera manuum Dei.

Antiphona. Revelavit Dominus condensa, & in templo ejus omnes dicent gloriæ.

Psalmus 28.

Afferre Domino filii Dei: * afferre Domino filios arietum:

Afferre Domino gloriæ & honorem, afferre Domino gloriæ nomen ejus: * adorare Dominum in atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: * Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute: * vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: * & confringet Dominus cedros Libani:

Et conminuet eas tamquam vitulum Libani: * & dilectus quemadmodum filius unicorñium.

Vox Domini intercedentis flammam ignis: * Vox Domini concutientis desertum: & commovebit:

Kk 2

Dó-

Dóminus désertum Cades.

Vox Dómini præparáns cervos,
& revelábit condénsa : * & in tem-
plo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilátium inhabitáre faci-
cit : * & sedébit Dóminus Rex in
æternum.

Dóminus virtátem pópulo suo da-
bit : * Dóminus benedícet pópulo
suo in pace.

Antiphona. Revelábit Dóminus
condénsa , & in templo ejus omnes
dicent glóriam.

Antiphona. Speciósus formá præ
filiis hóminum , diffusa est gratia
in lábiis tuis.

Psalmus 44.

Ructávit cor meum verbum
bonum : dico ego ópera mea
regi.

Lingua mea cálamus scribæ , * ve-
lóriter scribéntis.

Speciósus formá præ filiis hómi-
num , diffusa est gratia in lábiis
tuis : * propterea benedixit te Deus
in æternum.

Accingere gládio tuo super femur
tuum , * potentissime.

Spécie tuá & pulchritudine tuá *
inténde , prospere procéde , & regna.

Propter veritátem , & mansuetudi-
nem , & justitiam : * & dedúcet te mi-
rabíliter dextera tua.

Sagitta tuæ acutæ , pópuli sub te
cadent , * in corda inimicórum regis.
Sedes tua Deus in saculum sæculi : *
virga directiõnis virga regni tui.

Dilexisti justitiam , & odisti iniqui-
tátem : * propterea unxit te Deus
Deus tuus óleo lætitiæ præ consór-
tibus tuis.

Myrrha , & gutta , & casia à vesti-
méntis tuis , à dómibus eburneis : *
ex quibus delectáverunt te filia re-
gum in honóre tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vesti-
tu deaurato : * circumdata varietate.

Audi filia , & vide , & inclina au-

rem tuam : * & obliviscere pópulum
tuum , & domum patris tui.

Et concupiscet rex decórem
tuum : * quoniam ipse est Dóminus
Deus tuus , & adorábunt eum.

Et filia Tyri in munéribus * vul-
tum tuum deprecábuntur : omnes
divites plebis.

Omnis glória ejus filia regis ab-
lútis , * in fimbriis aureis circum-
amicta varietátibus.

Adducéntur regi virgines post
eam : * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætitia & exultati-
one : * adducéntur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi fi-
lii : * constitués eos principes super
omnem terram.

Mémoires erunt nóminis tui * in
omni generatióne & generatióne.

Propterea pópuli confitebóntur ti-
bi in æternum , * & in saculum sæ-
culi.

Antiphona. Speciósus formá præ
filiis hóminum , diffusa est grátia
in lábiis tuis. * Glóriósus apparuisti
in conspéctu Dómini. * Propterea
decórem induit te Dóminus. Pater
noster **Absolutio.** Exaudi Dómine.

V. Jube domne **Benedictio.** Be-
nedictiõne perpétua.

De Epístola secúnda beáti Petri
Apóstoli.

Lectio j.

Cap. i. b

Ratres , Magis satagite ut
per bona ópera certam ves-
tram vocatiónem & electiõnem
faciátis : hæc enim faciéntes , non
peccábitis aliquándo. Sic enim
abundanter ministrábit vobis in-
tróitus in æternum regnum Dómini
nostri , & Salvatóris Jesu Christi.

Propter quod incipiam vos semper
commónere de his : & quidem scientes
& confirmátos vos in præsentí
veritate. Justum autem arbitror
quamdiu sum in hoc tabernaculo ,
suscitáre vos in commónitiõne : cer-
tus

to inspiráti , locúti sunt sancti Dei
hómines.

V. Videte qualem charitátem dedit
nobis Deus Pater , * Ut filii Dei
nominémur , & simus. * Scimus
quoniam cum apparuerit , similes ei
erimus , quoniam videbimus eum si-
cuti est. Ut. Glória Patri. Ut.

In secundo Nocturno, Antiphona
Illuminans tu mirabíliter à món-
tibus æternis : turbati sunt omnes in-
spiciétes corde.

Psalmus 71.

Notus in Judæa Deus : * in Is-
raél magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : *
& habitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias arcuum , *
scutum , gladium , & bellum.

Illuminans tu mirabíliter à món-
tibus æternis : * turbati sunt omnes
inspiciétes corde.

Dormiérunt somnum suum : * &
nilhil invenérunt omnes viri divitiá-
rum in mánuibus suis.

Ab increpatione tua Deus Ja-
cob * dormitáverunt qui ascendé-
runt equos.

Tu terribilis es , & quis resistet
tibi ? * ex tunc ira tua.

De celo auditum fecisti judi-
cium : * terra tremuit & quíevit ,

Cúm exirgeret in iudicium Deus , *
ut salvos faceret omnes mansuetos
terra.

Quoniam cogitatio hóminis confi-
tébatur tibi : * & reliquæ cogitatio-
nis diem festum agent tibi.

Vovete , & reddite Dómino Deo
vestro , * omnes qui in circuitu ejus
affertis minera.

Terribili & ei qui aufert spiritum
principum , * terribili apud reges
terræ.

Antiphona. Illuminans tu mirabíli-
ter à móntribus æternis : turbati sunt
omnes inspiciétes corde.

Antiphona. Melior es dies una in
Kk 3 átria

tus quòd velox est depositio taber-
náculo mei , secundum quod & Dó-
minus noster Jesus Christus signifi-
cávit mihi.

V. Surge , illumináre Jérusalem ,
quia venit lumen tuum : * Et gló-
ria Dómini super te orta est. * Et
ambulábunt Gentes in lumine tuo ,
& reges in splendóre ortus tui. Et
glória. **Benedictio.** Unigénitus Dei
Filius.

Lectio ij.

Dabo autem óperam & fre-
quenter habere vos post óbi-
tum meum , ut horum memóriam
faciátis. Non enim doctas fábulas
secúti , notam fecimus vobis Dómi-
ni nostri Jesu Christi virtútem &
præsentiam : sed speculátóres facti
illius magnitudinis. Accipiens enim
à Deo Patre honórem & glóriam ,
voce delápsa ad eum hujuscemodi
à magnífica glória : Hic est Filius
meus diléctus , in quo mihi com-
plácuti , ipsum audite.

V. In splendénti nube Spiritus sanc-
tus visus est , patérna vox audita est :
* Hic est Filius meus diléctus , in
quo mihi benè complácuti , ipsum
audite. * Apparuit nubes obum-
brans , & vox Patris intónuit. Hic
est. **Benedictio.** Spiritus sancti
grátia.

Lectio iij.

Et hanc vocem nos audivimus
de celo allátam , cum essémus
eum ipso in monte sancto. Et ha-
bémus firmiorem prophéticum ser-
mónem : cui benè faciátis attendén-
tes , quasi lucérnae lucénti in caligi-
noso loco , donec dies elucéscat , &
lúceifer oriátur in córdibus vestris :

hoc primùm intelligéntes , quòd
omnis propheta Scripturæ própria
interpretatiõne non fit. Non enim
voluntate humaná alláta est ali-
quándo propheta : sed Spiritu sanc-

átriis tuis super millia.

Psalmus 85.

Quam dilecta tabernacula tua
Dómine virtutum: * concu-
piscit, & deficit ánima mea
in átria Dómini.

Cor meum, & caro mea * exulta-
verunt in Deum vivum.

Eténim passer invenit sibi do-
mum: * & turtur nidem sibi, ubi
ponat pullos suos.

Altaria tua Dómine virtutum: *
Rex meus, & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua
Dómine: * in sæcula sæculórum
laudábunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs-
te: * ascensiones in corde suo dispo-
suit, in valle lacrymarum in loco,
quem posuit.

Eténim benedictionem dabit le-
gislator, ibunt de virtute in virtú-
tem: * videbitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtutum exaudi
orationem meam: * áuribus percipe
Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: * &
respice in faciem Christi tui:

Quia melior est dies una in átriis
tuis * super millia.

Elégi abjectus esse in domo Dei
mei: * magis quam habitare in ta-
bernaculis peccatórum.

Quia misericórdiam, & veritatem
diligit Deus: * grátiam, & glóriam
dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ambu-
lant in innocentia: * Dómine virtú-
tum, beatus homo, qui sperat in te.

Antiphona. Melior est dies una in
átriis tuis super millia.

Antiphona. Gloriosa dicta sunt de
te, civitas Dei.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus
sanctis: * diligit Dóminus
portas Sion super ómnia tabernacula
Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civi-
tas Dei.

Memoro Rahab, & Babylónis *
sciéntium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & popu-
lus Æthiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicit: Homo, &
homo natus est in ea: * & ipse
fundavit eam Altissimus?

Dóminus narrabit in scriptóris popu-
lórum, & principum: * horum,
qui fuerunt in ea,

Sicut latrantium ómnium * habitá-
tio est in te.

Ant. Gloriosa dicta sunt de te, civi-
tas Dei. **V.** Glória & honore coro-
nasti eum Dómine. **R.** Et constituisti
eum super ópera mánuum tuá-
rum. Pater noster. **Absolutio.** Ip-
sius pietas. **V.** Jube domne. **Bene-
dictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Leonis Papæ.
Serm. de Transfiguratióne, ante med.

Lectio iv.

Aperit Dóminus coram electis
téstibus glóriam suam, &
commúnem illam cum ceteris cór-
poris formam tanto splendore cla-
rificat, ut & facies ejus solis ful-
góri similis, & vestitus candóri
nivium esset æqualis. In qua trans-
figuratióne illud quidem principá-
liter agebatur, ut de cordibus dis-
cipulórum crucis scándalum tolle-
rétur: nec conturbáret eórum fide-
dem voluntariæ humilitas passiónis,
quibus revelata esset abscondite
excelléntia dignitátis. Sed non mi-
nóre providentiá spes sanctæ Ec-
clesiæ fundabatur, ut totum Chris-
ti corpus agnosceret, quali esset
commutatióne donandum: ut ejus
sibi honóris consórtium membra
promitterent, qui in capite præ-
fuisset.

R. Inebriati sunt ab ubertate do-
mús tuæ: * Et torrénte voluptátis
tuæ potasti eos. **V.** Quóniam apud

te

te est fons vitæ, & in lúmine tuo
videbimus lumen. Et torrénte.
Benedictio. Christus perpétua.

Lectio v.

Confirmándis verò Apóstolis,
& ad omnem sciéntiam pro-
vehédis, ália quoque in illo mi-
ráculo accessit instructio. Móyses
enim & Eliás, Lex scilicet & Pro-
phéta, apparuerunt cum Dómino
loquéntes: ut verissimè in illa quin-
que virórum preséntia compleretur
quod dictum est: In duobus, vel
tribus téstibus stat omne verbum.
Quid hoc stabilius, quid firmius
verbo, in cujus prædicatióne véte-
ris & novi Testaménti concinit tu-
ba, & cum Evangélica doctrina,
antiquárum protestatiónum instru-
ménta concurrunt? Ad stipulantur
enim sibi invicem utriusque fœde-
ris paginæ: & quem sub velámí-
ne mysteriórum præcedéntia signa
promiserant, manifestum atque
perspicuum preséntis glóriæ splen-
dor osténdit.

R. Præceptor, bonum est nos hic
esse: * Faciámus hic tria taberna-
cula: Tibi unum, Móysi unum,
& Eliæ unum. **V.** Non enim scié-
bat quid diceret. Faciámus hic tria.

Benedictio. Ignem sui amoris.

Lectio vj.

His ergo sacramentórum reve-
latiõibus Petrus Apóstolus
incitatus, mundána spernens, &
terrèna fastidians, in æternórum
desiderium quodam mentis rapiebatur
excéssu: & gaudio totius visió-
nis impléus, tibi cum Jesu optabat
habitáre, ubi manifestá ejus glória
latabatur. Unde & ait: Dómine,
bonum est nos hic esse: si vis, fa-
ciámus hic tria tabernacula, tibi
unum, Móysi unum, & Eliæ unum.
Sed huic suggestiõni Dóminus non
respondit: significans, non quidem
improbum, sed mordinatum esse

quod cuperet, cum salvári mundus,
nisi Christi morte non posset: &
exémpló Dómini in hoc vocaretur
credéntium fides, ut, licet non
oportéret de beatitudinis promissió-
nis dubitari, intelligeremus tam-
en inter tentatiões hujus vitæ
prius nobis tolerántiam postulán-
dam esse, quam glóriam.

R. Si ministratio mortis, litteris
deformata in lapidibus, fuit in gló-
ria, ita ut non possit inténdere
filius Israël in faciem Móysi, pro-
pter glóriam vultus ejus, quæ eva-
cuatur: * Multo magis ministratio
spiritus, quæ manet, erit in gló-
ria. **V.** Ampliõris enim glóriæ
Christus præ Móyse dignus est há-
bitus, quòtò ampliõrem honorem
habet domo, qui fabricavit eam.
Multo magis, Glória Patri. Multo.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Thabor & Hermon in nómine tuo
exultábunt: tuum bráchium cum
poténtia.

Psalmus 83.

Misericórdias Dómini * in aetér-
num cantábo.

In generatióne & generatió-
nem * annuntiábo veritatem tuam
in ore meo.

Quóniam dixisti: In aetérnum mi-
sericórdia edificábitur in cœlis: *
præparábitur veritas tua in eis.

Disposuisti testaméntum electis meis,
jurávi David servo meo: * Usque
in aetérnum præparábo semen tuum.

Et edificábo in generatióne, &
generatióne * sedem tuam.

Constitébunt cœli mirabilia tua
Dómine: * etenim veritatem tuam
in ecclesiá sanctórum.

Quóniam quis in nébibus æquábi-
tur Dómino: * similis erit Deo in fi-
liis Dei?

Deus, qui glóficatur in consilio
sanctórum: * magnus & terribilis su-
per omnes qui in circuitu ejus sunt.

Kk 4 Dó-

Dómine Deus virtútum quis similis tibi? * potens es Dómine, & veritas tua in circuitu tuo.

Tu domináris potestáti maris: * motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum, superbum: * in bráchio virtútis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundásti: * Aquilónem, & mare tu creásti.

Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt: * tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, & exaltétur dextera tua: * justitia & judicium preparatio sedis tuæ.

Misericórdia & veritas præcedent faciem tuam: * beátus pópulus, qui scit jubilationem.

Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt, & in nómine tuo exultábunt tota die: * & in justitia tua exaltábuntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es: * & in benelácito tuo exaltábit cornu nostrum.

Quia Dómini est assumptio nostra: * & sancti Israël Regis nostri.

Tunc locútus es in visione sanctis tuis, & dixisti: * Pósuí adiutorium in poténte: & exaltávi eléctum de plebe mea.

Inveni David servum meum: * óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei: * & bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo, * & filius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concludam à facie ipsius inimicos ejus: * & odiéntes eum in fugam convertam.

Et veritas mea, & misericórdia mea cum ipso: * & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus: * & in fluminibus dexteram ejus.

Ipse invocábit me: Pater meus es tu: * Deus meus, & susceptór salutis mee:

Et ego primogénitum ponam illum * excelsum præ régibus terra.

In ætérnum servábo illi misericórdiam meam: * & testaméntum meum fidele ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen ejus: * & thronum ejus sicut dies cæli.

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam: * & in judiciis meis non ambuláverint.

Si justitias meas profanáverint: * & mandata mea non custodierint:

Visitábo in virga iniquitátes eórum: * & in verbéribus peccáta eórum.

Misericórdiam autem meam non dispérgam ab eo: * neque nocébo in veritate mea:

Neque profanábo testaméntum meum: * & quæ procedunt de lábiis meis non faciam irrita.

Semel jurávi in sancto meo, si David mentiar: * semen ejus in ætérnum manébit.

Et thronus ejus sicut Sol in conspectu meo, * & sicut Luna perfecta in ætérnum: & testis in cælo fidelis.

Tu verò repulisti & despexisti: * distulisti Christum tuum,

Evertisti testaméntum servi tui: * profanásti in terra sanctuárium ejus.

Destruxisti omnes sepes ejus: * posuisti firmaméntum ejus formidinem.

Diriperunt eum omnes transeúntes viam: * factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltásti dexteram depriméntium eum: * lætificásti omnes inimicos ejus.

Aver-

Avertisti adiutorium gládii ejus: * & non es auxiliátus ei in bello.

Destruxisti eum ab emundatione: * & sedem ejus in terram collisisti.

Minorásti dies temporis ejus: * perfidisti eum confusione.

Usquequò Dómine avertis in finem: * exardescet sicut ignis ira tua?

Memoráre quæ mea substántia: * numquid enim vanè constituisti omnes filios hóminum?

Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem: * éruct animam suam de manu inferi?

Ubi sunt misericórdiæ tuæ antiquæ Dómine, * sicut jurásti David in veritate tua?

Memor esto Dómine opprobrii servórum tuórum * (quod continui in sinu meo) multárum géntium.

Quod exprobráverunt inimici tui Dómine, * quod exprobráverunt commutatíonem Christi tui.

Benedictus Dóminus in ætérnum: * fiat, fiat.

Antiphona. Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt: tuum bráchium cum poténtia.

Antiphona. Lux orta est justo, & rectis corde lætitia.

Psalmus 96.

Dominus regnávít, & exúlet terra: * læténtur insulae multæ.

Nubes, & caligo in circuitu ejus: * justitia, & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcédet, * & inflammábit in circuitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt à facie Dómini: * à facie Dómini omnis terra.

Annuntiáverunt cæli justitiam ejus: * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes, qui adoránt sculptra: * & qui gloriántur in simulacris suis.

Adoráre eum omnes Angeli ejus: * audivit, & lætata est Sion.

Et exultáverunt filia Judæ, * propter judicia tua Dómine:

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberávit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætámini justí in Dómino: * & confitémini memoriæ sanctificatíonis ejus.

Antiphona. Lux orta est justo, & rectis corde lætitia.

Antiphona. Confessionem & decórem induit: amictus lúmine sicut vestiménto.

Psalmus 104.

Benedic ánima mea Dómino: * Dómine Deus meus magnificátus es vehementer.

Confessionem, & decórem induisti: * amictus lúmine sicut vestiménto:

Exténdens cælum sicut pellem: * qui tegis aquas superiora ejus.

Qui ponis nubem ascénsium tuum: * qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis ángelos tuos, spiritus: * & ministros tuos, ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam: * non inclinábitur in sæculum sæculi.

Abyscus sicut vestiméntum, amictus ejus: * super montes stabunt aque.

Ab increpatíone tua fugient: * à voce tonitruí tui formidábunt.

Ascéndunt montes, & descéndunt campi, * in locum quem fundásti eis.

Ter-

Términum posuisti, quem non transgrediéntur: * neque converténtur opérere terram.

Qui emittis fontes in convallibus: * inter médium móntium pertransibunt aqua.

Potábunt omnes béstiae agri: * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea volúcres cœli habitábunt: * de médio petrârum dabunt voces.

Rigans montes de superiôribus suis: * de fructu óperum tuórum satiabitur terra:

Prodúcens fónum juméntis, * & herbam servitúti hóminum:

Ut edúcas panem de terra: * & vinum lætificet cor hóminis:

Ut exhiberet faciém in óleo: * & panis cor hóminis confirmet.

Saturabúntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantávit: * illic passerés nidificabunt.

Herodii domus dux est eórum: * montes excelsi cervis: petra refugium herináctis.

Fecit lunam in témpore: * sol cognóvit occásu suum.

Posuisti ténébras, & facta est nox: * in ipsa pertransibunt omnes béstiae silvæ.

Cátuli leónum rugiéntes, ut rápíant, * & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregáti sunt: * & in cubilibus suis collocabúntur.

Exiit homo ad opus suum: * & ad opératiónem suam usque ad vésperum.

Quàm magnificáta sunt ópera tua Dómine! * ómnia in sapiéntia fecisti: impléta est terra possessiõe tua.

Hoc mare magnum, & spatiósum máribus: * illic reptília, quórum non est número.

Animália pusilla cum magnis: * illic naves pertransibunt.

Draco iste, quem formásti ad illudédum ei: * ómnia à te expectánt, ut des illis escam in témpore.

Dante te illis, collígent: * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitâte.

Avértente autem te faciém, turbabúntur: * auferes spíritum eórum, & deficiet, & in pulvèrem suum reverténtur.

Emittes spíritum tuum, & creabúntur: * & renovábis faciém terræ.

Sit glória Dómini in sæculum: * lætábitur Dóminus in óperibus suis.

Qui respícit terram, & facit eam trémere: * qui tangit montes, & fímgant.

Cantábo Dómino in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu sum.

Jucúndum sit ei elóquium meum: * ego verò delectábor in Dómino.

Deficiant peccatóres à terra, & iniqui ita ut non sint: * bñedic ánimæ mea Dómino.

Antiphona. Confessiõe & decórẽ induit: amictus lúmine sicut vestimẽto. **V.** Magna est glória ejus in salutári tuo. **R.** Glóriam & magnum decórẽ impónes super eum. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangélica læctio.

Læctio sancti Evangélii secúndum Mattheum.

Cap. 17. e

Læctio vij.

In illo témpore: Assúpsit Jhesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seórsuum: & transfiguráus est ante eos. Et reliqua.

Homilia Sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 57. in Matth. in initio.

Quoniam multa de periculis, multa de passiõe sua, multa de morte & de cæde discipulórum locúus est Dóminus: &

áspera complôra atque árdua eis injúxit, & illa quidem in præsentí vita, & jam imminébant; bona verò in spe & expectatiõe erant: ut puta, quia servárent ánimam suam, si péderent eam: quia in glória Patris sui ventúrus sit, & præmia reddíturus: ut visu etiám certióres faceret, & osténderet quidnam sit illa glória, cum qua ventúrus est, quantum cãpere póterant in hac præsentí vita, illis osténdit, eámque détegit, ne aut suã, aut Dómini morte doleant; & máximè Petrus.

B. Vocávit nos Deus vocatiõe suã sanctã, secúndum grátiam suam, quæ manifestãta est nunc, * Per illuminatiõe Salvatóris nostri Jhesu Christi. **V.** Qui destrúxit mortem, illuminávit autem vitam in incorruptiõe. Per illuminatiõe. **Benedictio.** Divinum auxiliũ.

Læctio vij.

ET vide quid agit, cum de regno & de gehenna dissererit. Nam in eo quod dixit: Qui invenit ánimam suam, perdet eam; & qui-cunque perdet eam grátia mei, inveniet ipsam: & in eo quod ait: Reddet uníquique secúndum ópera sua: & regnum & gehennam designávit. Cũ igitur de utrisque dissererit, regnum quidem ut óculis cernátur, concédit: gehennam autem mínimè, quóniam rudióribus atque ineptióribus illum necessariũ fuisse: sed cũ illi probi essent ac perspicaces, satis fuit eos à meliôribus confirmári. Hoc etiám multò magis ipsum decébat: non tamen omnino illum prætermisit, sed & aliquãdo atrocitatem gehennæ quasi ante óculos propónit, velósti cũ Lazári imaginem descripsit, & ejus mêninit qui denários centum repéssit.

R. Deus, qui fecit de ténébris lumen splendescere, illúxit in cœ-

libus nostris, * Ad illuminatiõe scientiæ claritátis Dei in facie Jhesu Christi. **V.** Exortum est in ténébris lumen rectis corde, miséricors, & miserátor, & justus. Ad illuminatiõe. Glória Patri. Ad illuminatiõe. **Benedictio.** Ad societãtem.

Pro sanctis Martyribus Xysto, Felicissimo, & Agapito.

Læctio ix.

Xystus Secúndus, Atheniën-sis, ex Philosopho Christi discipulus, in persecutiõe Valeriani accusãtus, quòd públicè Christum prædicãret, comprehensus trábitur in templum Martis, propósiãt ei capitãli penã, nisi illi simulãcro sacrificãret. Quã impietãte constantissimè recusãtã, cũ ad martyrium duceretur, occurrẽnti Sancto Laurẽntio, & dolẽnter in hunc modum interrogãti: Quò progréderis sinè filio pater? quò Sacerdos sancte sinè ministro próperas? Respóndit: Non ego te dẽsero fili: majóra te manent pro Christi fide certãmina: post triduum me sequeris Sacerdotẽm Levita: interea, si quid in thesauris habes, pauperibus distribue. Eodẽm igitur die interfectus est unã cum Felicissimo & Agapito Diaconis, Januario, Magno, Vincentio & Stéphano Subdiaconis, & in cœmèterio Callisti sepultus octavo Idus Augusti: ceteri verò in cœmèterio Prætextãti. Sed mensis undecim, dies duodecim. Quò témpore habuit Ordinatiõe mense Decẽmbri, creatis Presbyteris quãtuor, Diaconis septem, Episcopis duobus.

Te Deum laudãmus. 12.

Ubi Festum Transfiguratiõe ce-

lebratur sub ritu Duplici primæ clas-

sis; vel si contigerit transferri in

aliam diem, in quã occurrit ali-

quod Festum Simplex non habens

læc-